



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


**Modesti Tavbengall Apologeticus Adversus Umbras Oratij  
Melliti**

**Hansiz, Marcus**

**Pragæ, 1723**

Caput XVIII. Prostibulum libelli secundi nulla prudenti ratione compositum  
aut editum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39569**



## CAPUT XVIII.

Prostibulum libelli secundi nulla  
prudenti ratione compositum  
aut editum.

**A**Desdum fæculente non ingenii, sed flagitiosissimæ ly-  
qui, Clas-  
so. 2.  
per-  
len-  
sue-  
sen-  
fere  
core  
glo-  
s,  
  
A-  
Desdum fæculente non ingenii, sed flagitiosissimæ ly-  
cophantix partus! Cur parentem tuum diffiteris  
tanquam non ex facie, indole, ipsisque unguiculis origo  
agnoscatur tua? Ratio stylī, methodi, nōniarū, calu-  
miniarū eadem utrobique, nisi quod audacia silentio con-  
firmata plus ausa est in secundo, quam primo. Huene de-  
minim minæ, quas Mellite intentabas, evaserunt tuæ? Hæc  
coquebas consilia cum societati pertimescenda cantabas  
incommoda? hoc agebas? hoc moliebaris? Egregie  
fane, luculenterque sponsonem implevisti; Quod viri est  
constantis, magnanimique, egisti ex amissi. In nullo, quod  
expectare a te societas JESU poterat, fesellisti fidem, Te-  
ne votorum apicem tuorum, & quorum silentio (velut an-  
tea dictis scilicet offensus es, ex iis, quam quærebas, ulti-  
nem ad satietatem cape. Viden', heros terribilis, uto-  
mnes intire tecum certamen subtersugiant, & nominis tui  
terrore perculti stent attoniti, nihil ausuri contra mutire.  
Hercules profecto decumanis perfunctius laboribus, Leo-  
num pellibus ornatus ingrederis, atque inter Religiosos  
parietes trophæum de aliena statuisti fama. Scornatibus  
centones, mendacia centonibus assuisti vestem tuæ gloria.

triumphalem. Hac tu jam major homine, mundoque conspicuus inter Sycophantas loco non ultimo, imo vix secundo gradiere; reliquorum omnium præclarum compendium. Perge felicibus velificare ventis per calumniarum mephitum, & quo semel adeo inescatus es, odore nares palatumque tuum identidem recrea. Satia te deliciis, quas quæfisti, fecibusque alienis, in quas tu etiam rosas convertis, tota esurie, quantus quantus es, innata. Bonum factum! tibi tandem locum, in quo acquiesceres, esse repertum. Mirarer ego te, qui sumo pasceris, fuliginem & quisquillas, materialaque stramentitiam aspernari.

Sed quid ego hæc viro tam æquitatis studioso? Quid ageret offensus? satisfactionem quærebat, nullam obtinuit; rogus, quem decerni libello Soteriano cupiebat, nondum accensus est; Frustrata dolet injuria. Non jam Soterii, quem fata melioribus intulerunt, causa agitur: Moderatores Societatis, quin Cœtus universus in judicium vocatur, ad pœnam depositur; Et vero perpendere jam graves: redarguti, accusati, proscissi sunt stylo publico: neandum satis. Opusculum innocentissimum, ne bilem cieret, blattis tradidere. Neandum satis. Sannas & probra orbe audiente jacta, ingesta, silentio pertulere. Neandum satis; tanquam & id, quod loquuntur, & id, quod silent, in injuria deputetur. Silentium igitur puniendum erat, & voices, quas rursum punires, exprimendæ. Inglorium enim cum tacente jurgari, atque ictus nihil gemituum elicientes in vanum effundere; tanquam indignæ responso judicatae naniæ, surdaque aure acceptæ lucrefacto contemptu in effundentem redirent. Hanc tu, credo, injuriam per silentium Patrum illatam altero ultum ijski libello, ad vocem tandem tuam clamoremque iteratum, eorum animos adversurus.

CA-